



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

18 Legati de latere primum locum obtineas, & beneficia conferre possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

etiam ex legitimo matrimonio procrea-
tos, vel ex eis nepotes habentes, quia ne-
queunt suæ testimonium continentia ex-
hibere, & pater erga filios naturali affe-
ctus nimium quadam propensione alliga-
tur, ut verendum sit, ne propterea variis
propriæ domus negotiis, ac multiplici li-
berorum cura distractus; Ecclesiæ nego-
tia sibi credita, aut negligenter tractet, aut
minus sollicitè, & fideliter, quam par sit,
ejusdem Ecclesiæ jure tueatur, ut in eadem
constit. 50, §. eum autem, cap. priusquam, in
fin. 28, dist. & c. sicut ver. habentes, 47, dist.

Et pater, etiam ex uno parente germa-
nus, vel patruelis consobrinus, aut amiti-
nus patruus, aut avunculus nepotis ex fra-
tre, vel sorore Cardinalis viventis, eo vi-
vente, & è converso talis nepos patris,
aut avunculi, Cardinales esse prohiben-
tur, ut ibidem, §. Insuper ut, & §. sed, & pa-
15 ri, ead. 50, constit. Salva tamen Papæ au-
thoritate, quia in omnibus supra expres-
sis, in suis Cardinalium promotionibus di-
spensare potest, tam super ætate, quam nu-
mero, & aliis impedimentis, ut habetur
infra in cap. de Dispensat. ferè per tot. cum
possit constitutiones prædecessorum re-
vocare, Clemen. un. & ibi gloss. in ver. pro
infectis, de imm. Eccles. & Navar. in cons. 3,
num. 9, par. 2, de spons. Præterea in Eccles.
S. Joannis Later. S. Petri, & S. Mariæ Ma-
joris de Urbe, & earum singulis est digni-
tas Archipresbyteralis, quæ Cardinalibus
16 t per Papam confertur cum ordinaria
jurisdictione conferendi, visitandi, & cor-
rigendi, qui post Pontificalem primam
habent dignitatem, & in eisdem Ecclesiis
solum Papam habent superiorem, & te-
nentur per se ipsos, vel substitutos, anima-
rum curam gerere, ut cap. perlectis, §. Ar-

chipresbyter, 26, dist. & cap. officium, de off.
Archipresb. Secundum locum t obtinent
Legati, quorum tria sunt genera, de Late-
re, Missi, & Nati, Guid. Pap. in rubr. de of-
fic. leg. Saphil. eod. tit. n. 1, & Specul. de leg.
§. superest videre, in princip. lib. 1, par. 1.

18 Legati t de latere sunt Cardinal. qui
primum locum obtinent, & eisdem lega-
tione durante, idem honor, sicut Papæ, est
exhibendus, gloss. 2, in cap. qua de causa,
2, q. 4. Felin. in cap. mandata, num. 1, de præ-
sumpt. & Specul. d. §. sequitur videre, n. 2,
& ipsi videntur habere jurisdictionem or-
dinariam. Abb. in cap. novit, num. 2, & in
cap. fin. num. 2, de off. leg. gloss. in cap. Lega-
tos, in verb. Proconsulum, in fine, & in verb.
reputantes, eod. tit. in 6, & Specul. de leg.
§. nunc ostendendum, num. 54, lib. 1, par. 1,
possuntque conferre beneficia, quæ con-
ferre non possunt Legati missi sine specia-
li Sedis Apostolicæ facultate, c. 1, de off. in
6, & Compostell. in cap. dilectus, num. 5,
eod. tit.

19 Legati missi t ad certas Provincias non
Cardinales sunt, quibus committitur lega-
tionis officium, Specul. d. §. sequitur vide-
re, num. 3, & regulariter vocantur Nuncii,
qui omiſſa disputatione, an de jure com-
muni antiquo in Provincia eis commissi,
habeant ordinariam jurisdictionem, de
qua per Specul. eod. tit. §. superest videre,
num. 2, & 3, hodie nec Legati de latere in
cognitione causarum habent ordinariam
jurisdictionem, quæ illis tribuitur, ut legi-
tur in facultatibus Clementis Papæ VIII;
dum Cardinalatus fungeretur officio ad
Regnum Poloniæ Legati, ubi ad causas
Ecclesiasticas, prophanas, civiles, crimina-
les, & mixtas ad forum Ecclesiasticum
quomodolibet t pertinentes, sine præjudi-
cio